



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 16. Carolus V. Belgium Philippo Filio suo cedens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul XVI.**A. C. 1555.****§. XVI.*****Carolus V. Belgium Philippo Filio suo cedens.*****Vera p. 291.****Strada de bello Belg.****I. I.****Thu. I. 16.****ann. II.**

Paulo post Carolus Cæsar Belgicarum Provinciarum, ac Regni Hispaniæ abdicationem, quam dudum Philippo Filio suo promiserat, tandem exequi statuit, hancque in rem convocatis Ordinibus, ac imperii sui Proceribus die vigesima quinta Octobris Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto præsentibus cunctis semetipsum magna Orbis parte spoliabat. Hæc acta fuere cum ingenti pompa, ac solem-

teste referebat: Si enim Imperator insuperbita Philippi Filii sui sollicitatione per Legationem Neo-electo Pontifici filiale obsequium præstare renuerit, eoquod illum Austriacæ Domui minus propensum suspicaretur, ac proin prius Pontificis animum magis explorandum esse censuerit (ut narrat Continuator) quomodo idem Imperator post trimestre per Legatum suum de averso Pontificis animo certior factus, atque ad ultionem a Philippo filio suo sollicitatus, ea tamen uti potuit moderatione, ut etiam filiale Pontifici obsequium per suum Legatum offerri juberet? Attamen ejusmodi hallucinationes Scriptoribus partium studio abreptis, & obvia quæque ex aliis Historicis sine crisi deflorantibus sat solemnes sunt.

solemnitate; quippe Cæsar throno suo Sæcul. XVI.
 insidebat, dextrum ejus latus stipan- A.C. 1555.
 tibus Philippo Filio suo, Maximiliano
 Bohemorum Rege, ac Emanuele Phi-
 liberto Sabaudiæ Duce: a Sinistris autem
 confidebant ejus Sorores Eleonora, & Ma-
 ria, ex quibus prior erat Franciæ, & altera
 Hungariæ regina: ambæ autem viduæ,
 nec minus ea ex parte suas sedes habe-
 bant Maria Bohemiæ Regina, & Chri-
 stina Daniæ Regis Filia, ac Lotha-
 ringiæ Ducissa. Primo Cæsar Philip-
 pum filium Ordini equitum aurei Vel-
 leris solemnni ritu præfecerat: dein vero
 Philiberto, qui Bruxellis erat principa-
 lis concilii Senator, præcepit, ut ea,
 quæ in mandatis acceperat, ad Belga-
 rum Ordines proloqueretur: Porro sum-
 ma dictorum eius hæc fuit. „Cæsar
 „ingravescente indies valetudine præ-
 „fractus, prostratusque ferio admone-
 „tur, ut suprema componat, & cum
 „rerum molem sustinere diutius pro-
 „dignitate, quæ ipsum, Imperiumque
 „deceat, haud possit, eam mature transfe-
 „rat in Philippum filium Angliæ Regem,
 „ætate, ac Sapientia tanto oneri pa-
 „rem: itaque Cæsar, quod sibi, quod
 „Regi, quod provinciis bene vertat,
 „omni se Belgii, Burgundiæque impe-
 „rio abdicat, & juratam sibi fidem po-
 „pulis remittit, ac Philippo filio Ang-

O 3

liæ

Sæc. XVI.**A.C. 1555**

„liæ Regi, jus, possessionemque Belgii,
 „Burgundiæque ex animi Sententia
 „tradit.,“

§. XVII.

*Cæsaris oratio ad Congregatos
 Principes.*

Strada l. c.**f. 5. l. 1.****Vera p. 292.**

Philiberto ita perorante, Cæsar codi-
 cem in manu sua tenens, humeris-
 que Guilielmi Arausisionensis Principis
 innixus Philibertum interpellat, suum-
 que ipsus ad congregatos Sermonem
 convertens, præprimis Gallica linqua
 protulit ea, quæ a septimo decimo æta-
 tis suæ anno ad eam usque diem per-
 egerat, ac præcipue recensebat expe-
 ditiones, profectionesque novem in Ger-
 maniam, sex in Hispaniam, septem
 in Italiam, quatuor in Gallias, decem
 in Belgium, duas in Angliam, totidem-
 que in Africam, mari undecies remenso;
 insuper bella, paces, fœdera, victorias
 enucleate singula, magnificeque, ac
 minus arroganter, aut superbe ennarra-
 bat, hisque ista addebat: „meis in ope-
 „ribus non alium mihi finem proposui,
 „quam Religionis, & Imperii tutelam,
 „id ipsum autem dum per valetudinem
 „licuit, ita Deo Duce præstiti, ut Ca-
 „rolum hactenus vixisse, & imperasse
 „nulos nisi hostes pœnitere poslit: jam
 „vero quando vires, ac propemedium
 vita